

These documents are published here as transcribed by Rev. Dr. J. Busuttil. They will be recognised as belonging to the court case which is the subject of Professor G. Wettinger's *The Young Widow Who Remarried Too Soon*. Professor Wettinger and Dr. Busuttil worked independently of each other.

SALE OF AN HOSPITIUM IN 1465*

Joseph Busuttil

F. 7r
productio
testium
Testes producti et recepti per curiam Venerabilis domini Vicarii¹ Reverendissimi domini Episcopi melivetani in terra gaudisii ad petitionem et Instanciam pauli de naso et antoni de naso fratrum actorum ex una parte contra chanchium de plathamone conventum ex altera in questione declaracionis nullitatis cuiusdam obligacionis prestacionis salmarum duarum frumenti et salmarum duarum ordei Inter eos vertente in curia predicta super Iuribus et Informacionibus predictorum actorum sexto die augusti prime Ind. dicte curie presentatis

400
Venerabilis donnus pinus bonichi testis Iuratus et Interrogatus more sacerdotali dixit quod dictum hospicium Antoni de nasio opponentis in articulis et posicionibus dictorum² actorum³ declaratum fuit et est situm et positum in principaliori et meliori loco terre gaudisii et secundum Iudicium dicti testis actenta amplitudine Ipsius hospicii dictum hospicium communiter valuit et valet seu valere posse(t) florenos quatuorcentos de causa scientie dixit se fore et esse talis Iudicii tamquam ille qui dictum hospicium bene cognovit toto tempore sui recordii

300
F. 7v
Honorabilis nardus ballistrera testis Iuratus et interrogatus dixit quod predictum hospicium dicti antonii de nasio In iuribus dictorum actorum declaratum fuit et est in principali et meliori loco dicte terre gaudisii positum ut apparet et clarum est unicuique videre et secundum Iudicium dicti testis valuit et valet et communiter valere potest florenos trecentos vel circa

300
Magister Johannes de armanino testis Iuratus et Interrogatus dixit quod secundum Iudicium et arbitrium dicti testis qui hospicium

* Cathedral archives C.E.M. A3. Reference is made to a copy of the above [D.F.] which is in the Archbishop's Curia, Beneficia 1751.

1 F.359v: Tercio augusti prime Ind. Ex parte dictorum nobilium pauli et antoni de naso fuit expositum coram Venerabili dono matheo de brunecto vicario Reverendissimi domini Episcopi

2 Written as though dicti

3 Actorum written above the line and opponencium beneath it deleted

predictum vidit et bene cognovit et in eodem hospicio habitavit cum parentibus suis annis sunt sexdecim vel circa dictum hospicium communiter valuit et valet florenos trecentos

300 Honorabilis Johannes de pontitremulo testis Iuratus et Interrogatus dixit quod dictum hospicium fuit et est In principali et pulciori loco dicte terre gaudisii ut est clarum videre Item dixit quod dictum hospicium secundum Iudicium dicti testis qui Ipsum bene cognovit communiter valet et valere potest et valuit ab annis quatuor vel circa quo fuit venditum dicte domine lise per eosdem actores florenos trecentos de causa scientie Inrterrogatus dixit se fore et esse talis Iudicii tamquam ille qui dictum hospicium bene cognovit

330 Venerabilis donnus presbiter henericus de bisconis testis Iuratus et Interrogatus more sacerdotali dixit quod dictum hospicium fuit et est situm in principali et pulciori loco dicte terre gaudisii sicut est clarum videre Item dixit quod Iuxta Iudicium et arbitrium dicti testis dictum hospicium valuit et valet florenos trecentos triginta vel circa de causa scientie dixit se esse talis Iudicii tamquam ille qui dictum hospicium bene cognovit

300 F. 8r Magister Antonius cadumi testit Iuratus et Interrogatus dixit ut nardus ballistrera secundus testis

275 Magister nicolaus hachius testis Iuratus et Interrogatus dixit quod dictum hospicium super cuius valore tractatur fuit et est situm et positum In pulciori loco dicte terre gaudisii ut Ipse testis vidit et audivit et clarum est videre Item dixit quod secundum Iudicium dicti testis hospicium predictum communiter valere potuit et potest ab annis decem circa et usque ad presens uncias quinquaginta quinque bone monete de causa scientie dixit se esse talis Iudicii tamquam ille qui dictum hospicium vidit et bene cognovit

350 Magister paulus de brancato testis Iuratus et Interrogatus dixit quod dictum hospicium de quo in posicionibus dictorum actorum fit mencio fuit et est situm et positum in pulciori loco terre gaudisii ut fuit et est clarum videre Item dixit quod secundum arbitrium dicti testis dictum hospicium communiter valuit et valet tam tempore vendicionis facte per dictos actores dicte domine lise quam post florenos trecentos quinquaginta de causa scientie dixit se esse talis

Iudicii tamquam magister fabricator sive morator⁴ qui dictum hospicium⁵ et statum eius vidit et bene consideravit

300 Magister paulus Vimicianus testis Iuratus et Interrogatus dixit⁶ formiter ut Johannes de pontitremulo

300 Magister Antonius de Sansone testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus

300 demetrius calimera testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus

F. 8v 300 Johannes de manueli alias mullica testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus

300 Marcus de bonnichio testis Iuratus et Interrogatus dixit ut donnus pinus de bonnichio primus testis

300 Johannes de bonnichio testis Iuratus et Interrogatus dixit ut Johannes de pontitremulo

300 Antonius de tillirixio testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus

300 Thomeus chini testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus

400 Johannes de manueli testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus

Jesus

⁷augusti prime Ind.

Testes producti et recepti ad petitionem et Instanciam chancii de plathamone conventi ex una parte tamquam mariti et legitimi(ad)ministratores domine lise uxoris sue contra paulum de naso et antonium de naso fratres et actores in questione Inter eos vertente coram domino Vicario reverendissimi domini episcopi In terra gaudisii super excepcionibus et defensionibus dicti conventi XII^o augusti prime Ind. dicte curie presentatis

14r

4 After morator the words cum hiis canc.

5 before et the word est seemingly canc.

6 dixit then quod canc.

7 The day is not clearly expressed

300 Nobilis matheus sahona testis Iuratus et Interrogatus dixit quod dictum hospicium venditum per dictos actores dicte domine lise in⁸ excepcionibus declaratum tam tempore⁹ vendicionis seu convencionis habite Inter Ipsam dominam lisam et dictos actores Iam sunt videlicet anni tres vel quatuor quam ad presens communiter valuit et valere potest florenos trecentos de causa scientie Interrogatus dixit se fore et esse talis Iudicii tamquam ille qui adductus hodie per dictum conventum ad hospicium predictum cum certis aliis probis viris hospicium predictum vidit et bene consideravit

Lanceas rapa testis Iuratus et Interrogatus dixit quod Iuxta eius testis Iudicium hospicium predictum communiter valuit tam tempore vendicionis facte per dictam conventam dictis actoribus Iam sunt videlicet anni tres vel circa¹⁰ quam ad presens uncias quinquaginta bone monete de causa scientie loco et tempore (dixit) ut proximus

Honorabilis nicolaus riera testis Iuratus et Interrogatus dixit ut matheus sahona primus testis

Venerabilis donnus Nicholaus guerreri testis Iuratus et Interrogatus more sacerdotali dixit ut lanceas rapa secundus testis

14v Honorabilis orlandus de caxaro testis Iuratus et Interrogatus dixit formiter ut proximus ut honorabilis nicolaus riera

300 Venerabilis donnus petrus de sansone testis Iuratus et Interrogatus more sacerdotali dixit ut proximus

300 Nicolaus de algaría testis Iuratus et Interrogatus dixit formiter ut proximus

300 antonius de augusta testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus

uncie 200 Nicolaus xiriha testis Iuratus et Interrogatus dixit se hodie adductus¹¹
200 et rogatus per dictum conventum Ingressus fuit hospicium predictum

8 after in the word et canc.

9 after tempore the word transaccionis canc.

10 From Iam to circa in the margin

11 Before et the word per canc.

Ipsumque vidit et consideravit et actento statu et qualitate dicti hospicii videtur sibi quod dictum hospicium ab annis quatuor vel circa ad alcius¹² valuit et valet ad presens uncias ducentas pecunie gaudisii que sunt di bona monita regni Sicilie unci vinti octu tarení dichi vel circa

200 Nobilis palamonus de alagona testis Iuratus et Interrogatus dixit quod dictum hospicium Iuxta Iudicium dicti testis communiter valet florenos ducentos actentis statu et ruyna Ipsius Hospicii et currentis temporis necessitate de causa scientie

300 Venerabilis don(n)us petrus de tillirixio testis Iuratus (et Interrogatus) more sacerdotali dixit formiter ut donnus petrus de sansone et addidit in causa scientie dicens esse se talis Iudicii tamquam ille qui emit domum et fecit marammata

uncie L petrus de pontitremulo testis Iuratus et Interrogatus dixit quod secundum Iudicium dicti testis actenta qualitate et statu dicti hospicii dictum hospicium communiter valuit et valet uncias quinquaginta ponderis et tantum et non ultra exponeret Ipse testis in precio Ipsius hospicii quando esset empturus et tanto precio Ipsum venderet si esset venditurus de causa scientie Interrogatus dixit se esse tali(s) Iudicii tamquam ille qui dictum hospicium bene cognovit tempore facte vendicionis Ipsius hospicii per dictos actores dicte domine lise ac eciam ante et post

15r Magister Johannes de dato testis Iuratus et Interrogatus dixit quod secundum Iudicium dicti testis hospicium de cuius precio tractatur communiter valuit et valere posse(t) seu potest uncias quinquaginta bone monete de causa scientie dixit se esse talis Iudicii tamquam ille qui dictum hospicium et statum eius vidit et bene cognovit ab annis decem circa

Simon breberi testis Iuratus et Interrogatus dixit quod consideratis statu et ruyna dicti hospicii super cuius valore tractatur secundum Iudicium dicti testis hospicium predictum ab annis quatuor et ultra
250 circa valuit et valet florenos ducentos de causa scientie dixit se esse

12 Alcius is suggested by D.F.

talis Iudicii tamquam ille qui dictum hospicium bene cognovit vidit et consideravit

Magister Johannes xellubri testis Iuratus et Interrogatus dixit quod dictum casamentum sive hospicium de cuius precio queritur secundum Iudicium dicti testis tam de¹³ tempore presenti quam tempore convencionis et concordie habite Inter eosdem Actores et dictam dominam lisam communiter valuit et valere potuit et potest florenos ducentos quinquaginta de causa scientie Interrogatus dixit se esse talis Iudicii et opinionis tamquam ille qui dictum hospicium bene cognovit

300 guillelmus de bisconis testis Iuratus et Interrogatus dixit quod dictus testis adductus hodie per dictum conventum ad videndum et extimandum dictum tenimentum domorum de cuius precio seu valore queritur una cum certis aliis probis viris videlicet angelo de manuela thomeo sansoni Johanne finara et guillelmo guerreri visum fuit eidem testi quod dictum tenimentum domorum communiter valuit et valet florenos trecentos^{13a} tam tempore presenti quam tempore concordie sive convencionis habite in Inter Ipsam dominam lisam et dictos actores Iam sunt videlicet anni tres vel quatuor de causa scientie Interrogatus dixit se fuisse et esse talis Iudicii tamquam ille qui dictum tenimentum domorum bene consideravit

thomeus de sansone testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus

angelus de¹⁴ manuela testis Iuratus et Interrogatus dixit quod Iuxta eius arbitrium et Iudicium predictum tenimentum domorum de cuius precio et valore agitur communiter valuit tempore convencionis facte

15v Inter dictam dominam lisam/et dictos actores et valet de presenti florenos ducentos sexaginta de causa scientie dixit scire tamquam

ille qui dictum hospicium vidit et bene consideravit

Johannes finara testis Iuratus et Interrogatus dixit ut guillelmus de bisconis superior testis

Johannes de tillirixio testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus

guillelmus guerreri testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus

quinto Septembris
secunde Ind.

35r apud gaudisium

Testes producti et recepti ad petitionem et Instanciam chanchii de plathamone conventi ex una parte tamquam mariti et legitimi administratoris domine lise uxoris sue contra paulum de naso et antonium de nasio fratres actores in questione Inter eos vertente coram venerabili domini Vicarii reverendissimi domini episcopi melivetani in terra gaudisii super excepcionibus et de fensionibus dicti conventi 11°Septembris II°Ind. Ind. (presentatis)

Honorabilis matheus sahona testis Iuratus et Interrogatus dixit quod dicta domina lisa uxor dicti conventi fuit et est mulier bone condicionis ut vulgariter dicitur gintildona filia vz legitima et naturalis condam Antoni¹⁵ de Vagnolo militis ut idem testis vidit et audivit et eam bene cognovit toto tempore etatis Ipsius domine lise et secundum opinionem et Iudicium dicti testis Ipsa domina lisa pure et simpliciter devenit cum dictis actoribus ad convencionem et concordiam contractus prestacionis frumenti et ordey de qua tractatur et numquam vidit neque audivit dictus testis quod eadem domina lisa usa seu visa fuisse(t) usuras exercere

35v

Honorabilis Lanceas rapa testis Iuratus et Interrogatus (dixit) ut proximus et addidit quod secundum Ipsius testis videre qui ter¹⁶ seu quater Intravit Indomum habitacionis Ipsius domine lise cum dicto chanchio marito suo et eam alloquutus extitit credit quod Ipsa domina

13 after de the letters pn canc.

13a from tam to quatuor in the margin

14 after de the letters ss canc.

15 after Antoni the word militis canc.

16 ter written above the line beneath the word p(er) canc.

lisa sit mulier pura et simplex et vix sit quod sit usura

35v Venerabilis donnus angelus parnisi testis Iuratus et Interrogatus¹⁷more sacerdotali dixit quod dicta domina lisa fuit et est gintildona filia vz condam domini antoni de Vagnolo militis et ex parte materna de domo di li vaccari qui fuerunt et sunt di li princhipali gintilhomini di malta¹⁸ ut Ipse testis vidit et audivit et eam bene cognovit toto tempore etatis Ipsius domine lise declarans Ipse testis se numquam vidisse neque audivisse quod Ipsa domina lisa solita aut visa fuisse(t) usuras exercere et Ipse testis pluries vidit eam ecclesias visitare¹⁹sicut faciunt bone matrone chisticole et secundum – presumpcionem et Iudicium dicti testis Ipsa domina lisa pure et simpliciter devenit cum dictis actoribus ad contractum transaccionis cuius virtute petit frumentum et ordeum de quo agitur causa consequendi pecunias sibi debitas et hec est opinio dicti testis

honorabilis nicolaus riera testis Iuratus et Interrogatus dixit ut lanceas rapa

Venerabilis donnus franciscus chappisa testis Iuratus et Interrogatus more sacerdotali dixit ut proximus

Venerabilis donnus presbiter petrus de sansone testis Iuratus et Interrogatus more sacerdotali dixit ut proximus

X° Septembris
secunde Ind.

45r Testes producti et recepti ad petitionem (et Ins) tanciam pauli de nasio et antoni de naso fratrum (et ac)torum ex una parte contra chanchium de plathamone conventum ex altera nomine domine lise sue uxoris in questione Inter eos vertente in curia Venerabilis domini vicarii Reverendissimi domini episcopi melivetani in terra gaudisii super replicacionibus eorum(dem) actorum VII Septembris II°Ind. dicte curie presentatis

17 dixit cancelled

18 before ut the words nec unquam canc.

19 From sicut to Chisticole cancelled

Magister Johannes theume testis Iuratus et Interrogatus dixit quod floreni quinquaginta in terra et Insula gaudisii reputantur pro bono²⁰ ut vulgariter dicitur pro bono caviali actenta loci paupertate et homo Industriosus habens in dicta Insola florenos quinquaginta pre manibus volendo traficare puta emendo et vendendo merces puta cucunum telas et alias mercancias in brevi tempore lucrifacit multum de causa scientie Interrogatus dixit predicta scire tamquam Incola et habitator dicte terre et Insule gaudisii de loco in dicta Insola toto tempore sui recordii Item Interrogatus super sequenti capitulo In quo continetur quod predicti actores potuissent honeste lucrifacere²¹ ex dictis florenis quinquaginta et cetera dixit quod dicti actores certe potuissent lucrifacere multas pecunias ex dictis florenis quinquaginta si pariter Industriose et prudenter traficarent et contractarent dictos florenos quinquaginta secundum iudicium dicti testis. Nobilis palamonus de alagona testis Iuratus et Interrogatus dixit ut proximus et addidit eciam quod floreni quinquaginta utique in civitate et Insole malte su cussi assi et certo bono caviali a cui li sa maniari et traficari

45v Nobilis matheus ...testis Iuratus et interrogatus dixit ut proximus excepto de tempore ...allegans²² ab annis octo vel circa quibus habitavit in dicta Insola gaudisii

20 after bono perhaps the word guni written above the line and hardly visible and then the letters patuli or patali preceded by a number of un-intelligible letters, perhaps bono capitali

21 before ex the word multum canc.

22 The word is merely a conjecture.

45v Honorabilis antonius de messana testis Iuratus et Interrogatus dixit ut magister Johannes theume primus testis

demetrius calimera testis Iuratus et Interrogatus dixit quod floreni quinquaginta In Insulis meliveti et gaudisii fuerunt et su bonu caviali actenta locorum predictorum Indigencia et quis habendo pre manibus florenos quinquaginta traficando honeste puta emendo cuctonum et alias merces possit lucrari subitu florenos quinque quolibet anno et hoc est Iudicium dicti testis tamquam Incola Ipsius terre gaudisii

Jesus protestationes

358r Vicesimo tercio decembris XIII Ind.
Coram Rogerio de carbone petro de pontitremulo
Matheo rapa orlando caxaro clerico paulo Iuributino petro mannara et aliis

Notum facimus et testamur quod In nostri presencia personaliter constituta domina lisa mulier relicta condan Antonii de nasio habitatrix terre et Insule gaudisii ex una parte existens Ipsa domina lisa cum auctoritate consilio et provisione nobilis friderici de pontitremulo sui procuratoris et mundualdi ad Infrascripta sollempniter celebranda in presenti contractu per eam assumpti ut constitit Et nobiles paulus de nasio et antonius de nasio fratres de Civitate Malte tamquam heredes prefati condam antonii de nasio olim patruy eorum ex parte altera consencientes prefati paulus et antonius in nos et cetera animo transigendi conveniendi et se concordandi eorum nobis expositione narraverunt Cum pridie ad eiusdem domine lise petitionem et Instanciam mandata fuisset executio per curiam domini regii Capitanei dicte terre et Insule gaudisii in bonis hereditariis prefati condam antonii de nasio pro florenis Centum quatraginta Uno racione et ex causa dodarii²³ olim constituti Iuxta usum gaudisii per eundem condam antonium dicte domine lise tempore celebracionis contractus matrimonii Ipsius condam antonii et dicte domine lise vigore contractus Inde celebrati manu mei notarii predicti Et in alia manu

23 D.F. 472v dotarii

pro aliis florenis septuaginta sex habitis per dictum condam antonium a friderico de pontitremulo²⁴ et pro aliis florenis duodecim ac eciam pro ducatis tribus venetis et dimidiis dublis decem et septem et pro precio medietatis Unius tenimenti domorum sitorum et positorum in civitate malte venditi per antonium Vagnolum fratrem dicte domine lise et pro medietate precii unius eorum co(r)tine communis Inter Ipsam lisam et dictum antonium Vagnolum fratrem suum vendite laurencio de friderico que quidem precia dicte medietatis predicti tenimenti domorum et dicte cortine liquidari debent per Ipsam dominam lisam que omnia dictus condam antonius de nasio receperat et habuerat in solucionem docium Ipsius domine lise ac eciam pro medietate precii Unius taccie ut in actis curie predictae asseruerunt laciis contineri versus quam quidem executionem prefati paulus et antonius Intendebant opponere dicere et allegare non tantam summam seu quantitatem eandem dominam lisam fore et esse recepturam sed multo minorem quantitatem sibi deberi hodie pretitulata die consanguineis cognatis et amicis communibus intervenientibus pro bono pacis et concordie prefati contrahentes volentes laboribus parcere et expensas evitare ad Infrascriptam transaccionem convencionem et concordiam unanimiter et concorditer devenerunt Videlicet quod prefati paulus et antonius sponte et cetera virtute presentis transaccionis et concordie tamquam heredes supradicti condam antonii de nasio eorum patruy veritatem agnoscentes ex et pro supradictis quantitibus per dictam dominam lisam petitis constituerunt se Una et simul²⁵ debitores dicte domine lise in florenis trecentis correntibus secundum modum Insule gaudisii Videlicet ad racionem carlenorum duodecim ponderis/pro quolibet floreno quibuscumque opposicionibus excepcionibus et defensionibus de Iure et de facto eis competentibus et quomodolibet compedituris²⁶ non obstantibus quibus omnibus renunciaverunt et renunciant promictentes convenientes et se obligantes dicte domine lise presenti et cetera de florenis²⁷ trecentis supradictis dare solvere et assignare eidem domine lise seu persone legitime pro ea florenos quinquaginta hinc usque²⁸ ad medietatem mensis augusti proximo venturi In pace et de plano absque lite questione seu diminucione aliqua tamquam

358v

24 Before et the letters ta
25 D.F. 473r una insimul
26 D.F. ibid competituris
27 After florenis treg canc.
28 D.F. sic usque ibid

bancus Cum pacto quod Ipsi deficientibus in solucione traddicione et assignacione florenorum quinquaginta supradictorum dicta domina lisa possit sibi que liceat dictos florenos quinquaginta accipere ad chiuqmentum²⁹ et ad Interesse super eosdem paulum et antonium emendo videlicet merces quas habilius invenire poterit ad credenciam et eas revendendo manualiter precio quo poterit computando omnia Interesse et dampna singulis quatuor mensibus super eosdem paulum et antonium Pro reliquis vero florenis ducentis quinquaginta ad complementum florenorum trecentorum predictorum³⁰ dictus paulus et dictus antonius sponte et cetera Iure et nomine eorum proprio per se eorumque heredes et successores Imperpetuum vendiderunt et nomine vendicionis seu In solutum daccionis dederunt tradiderunt et per tactum penne mei notarii predicti assignaverunt ac eciam cesserunt et habere³¹ concesserunt dicte domine lise presenti ementi pro se suisque heredibus et successoribus Imperpetuum quoddam tenimentum domorum quod fuit prefati condam antonii de nasio situm et positum in dicta terra gaudisii prope ecclesiam Sancte marie ruga³² seu via publica dividente iuxta domos andree chappisa ac eciam iuxta domos antonii de tilliryxio et alios confines cum omnibus et singulis suis Iuribus et cetera Cum licito tamen³³ et facultate luendi et redimendi dictum tenimentum domorum quandocumque predicti paulus et antonius velint Infra terminum annorum octo a presenti die numerandorum cum omnibus et singulis Ipsi tenimenti domorum Iuribus et cetera Transferentes et cetera constituentes se precario nomine eiusdem domine lise dictum tenimentum domorum de cetero possidere et cetera Et promiserunt convenerunt ac se obligaverunt In solidum unus pro altero fideiubendo eidem domine lise presenti et cetera in casu quo Infra predictum terminum annorum octo non recuperaverint supradictum tenimentum domorum eidem domine lise Ipsum tenimentum domorum defendere et cetera Et de eviccionem In solidum teneri et obligari voluerunt Cum pacto tamen et reservacione quod possint et eis liceat quandocumque velint Infra terminum annorum octo Ipsum tenimentum luere quietare³⁴ et redimere ut supra Et nihilominus quamdiu dictum tenimentum domorum non

recuperaverint promiserunt et se obligaverunt quolibet anno predictorum annorum octo dare traddere et assignare dicte domine lise virtute presentis transaccionis et concordie salmas duas frumenti et salmas duas ordey tempore arcarum cuiuslibet anni predictorum annorum octo sed recuperantibus Ipsi paulo et antonio Infra terminum predictum dictum tenimentum domorum statim cessabit et cessare debet³⁵ prestacio dicti frumenti et dicti ordey Et ei pro solucione sive satisfacione salmarum duarum frumenti et salmarum duarum ordey presentis anni prefati paulus et antonius dederunt traddiderunt et assignaverunt dicte domine lise presenti et cetera omnia Iura eis tamquam heredibus prefati condam antonii spectancia et pertinencia in gabellis sive locacionibus pomeriorum Ipsi domine lise quorum unum vocatur hayn xeyb/³⁶ et alterum hayn zeitun racione Usufructus temporum predictorum ad dictum condam antonium de nasio tamquam Ipsi domine lise olim maritum forte spectantibus que solvi debent a festo sancti Iohannis bapstiste Instantis anni XIII^oInd. in antea Insuper ex quo quedam Cammara dicti tenimenti domorum in qua Ipsa domina lisa habitat et moratur eget recuperacione³⁷ processit ex pacto quod prefati paulus et antonius volentes dictum tenimentum domorum luere et redimere Utique teneantur et debeant predicte domine lise refficere et restituere omnes expensas quas Ipsa domina lisa faciet necessario in reparacione dicte Cammare Et pretextu huiusmodi transaccionis convencionis³⁸ et concordie dicta domina lisa sponte et cetera premunita nichilominus consil(io) auctoritate et provisione prefati friderici de pontitremulo sui procuratoris et mundualdi dimisit et relaxavit eisdem paulo et antonio omnia et quecumque alia debita res et bona In quibus prefati paulus et antonius tamquam Ipsi condam antonii de nasio olim patrum eorum et dicte domine lise mariti forte tenentur et obligantur seu teneri et obligari possint quovis Iure racione Via modo vel causa et maxime racione restitutionis dotis seu aliarum rerum et pecuniarum Ipsi domine lise que ad manus et posse Ipsi condam antonii olim mariti sui aliquo modo pervenerunt seu pervenisse constabit salva tamen et reservata eidem domine lise petitione panni lugubris aliarumque rerum et bonorum per dictum condam antonium eius maritum relictorum Et versa vice dictus paulus et dictus antonius dimiserunt et relaxaverunt dicte domine lise res et quecumque alia debita in

29 the letter H is written with a tiny dot inside its upper part. D.F. ibid Chiuqmentum.

30 In marg. pro ducentis. L.

31 D.F. 473v licere in place of habere

32 D.F. ibid ripe

33 tamen above the line

34 D.F. 474r Contractare

35 D.F. ibid debeat

36 D.F. ibid Xeiba

37 D.F. ibid reparacione

38 D.F. 474v questionis

quibus forte dicta domina lisa eis tamquam heredibus prefati condam antonii alio Iure teneri et obligari possit salvis tamen rebus hereditariis et rebus eisdem paulo et antonio prelegatis per dictum condam antonium presencialiter apparentibus facientes proinde una pars alteri vicis(s)im de omnibus et singulis premissis et quolibet premissorum relaxacionem remissionem quietacionem liberacionem et absolucionem omnimodam et finalem ac in fine reffutacionem et pactum de aliquid aliud ulterius non petendo Inquetando sive molestando per se nec aliam personam pro eis in Iudicio con³⁹ nec extra Quam quidem transaccionem convencionem et concordiam promiserunt et convenerunt sibi ad Invicem habere ratam et cetera obligantes sibi ad Invicem bona eorum omnia et cetera ac eciam dictus paulus et dictus antonius maxime pro florenis quinquaginta solvendis dicte domine lise in medietate mensis augusti proxime venturi personas eorum Renunciantes⁴⁰ et cetera Et maxime dicta domina lisa autentice si qua mulier beneficio restitutionis in integrum docta et cetera dicti vero paulus et antonius omni beneficio moratorie et cuiuscumque⁴¹ alterius equitatis et supersessorie et cetera Cum execucione in bonis ac eciam pro dictis florenis quinquaginta in personis eorumdem pauli et antonii et cetera Iuxta ritum magne regie curie et cetera pro quibus omnibus actendentes et cetera prefati contrahentes tactis sacro sanctis scripturis in manu mei notarii predicti Iuraverunt ad sancta dei quatuor evangelia et voluerunt et convenerunt ex pacto quod si aliquis Illorum contravenerit in premissis seu In premissorum aliquo possit ad petitionem alterius predictam contravencionem et supradicta pacta servantis puniri unde et cetera Item ex pacto prefati paulus et antonius Intendunt hereditatem prefati condam antonii patrum eorum capere cum beneficio Inventarii protestati sunt et protestantur quod per presentem contractum huiusmodi convencionis et concordie nullum eis⁴² generetur preiudicium Unde et cetera

359v

Ex Actis mei notarii Andree
benIamin coll(acione) Salv(a)

39 con.canc.

40 Renunciantes is by no means certain. D.F. ibid Renunciatis

41 after cuiuscumque et bene canc At the end of the folio the clause: votum meum est quod presens contractus sit usurarius causis et racionibus ... allegaturus decretorum doctor.

42 pre after eis etc canc.